



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manuale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Monialium consecratio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

- vel alia. Decisum refert Campanil. *Rub.* 12. cap. 16. num. 1.
- 16 Inducta per vim in monasterium debet inde educi, & eius indemnitas protideri. Decisum refertur apud Barbof. *loc. cit. num. 7.*
- 17 Si opus est, debet ab Ordinario præfigi certus dierum numerus, 10. vel 20. intra quem Nouitia deliberet, an velit profiteri. *ibid.*
- 18 Ex causa differtur potest professio ultra annum. Decisum refert Rodriq. *tom. 3. quest. 15. artic. 10.*
- 19 Contradicente maiori parte Monialium, non potest Episcopus admittere ad professionem Bonac. *de claus. quest. 2. parte 1. diff. 2. §. 6. num. 6.*
- 20 Omisso examine prædicto, permitenda sunt tamen professæ in statu suo. Decisum refert Barbof. *loc. cit. num. 9.* ita vt de professione non liceat dubitare ex hac omissione.
- 21 Si puella 12. annorum coniugata religionem ingreditur, vir eius cogendus est expectare per quatuor annos, donec illa profiteatur. Barbof. *alleg. 10. n. 11.*
- 22 Quæ professæ est in anno 15. ætatis sue, post quinquennium dicitur tacite professæ. Cong. Ep. 22. Nouemb. 1619.
- 23 Propinæ danda superioribus in habitu, & professione Monialium sunt prohibita; non tamen eleemosynæ, quæ hac occasione per pactum dantur facultatis, vel infirmariæ. ead. 5. Nouemb. 1616.
- 24 Conuiuia ne fiant in forasteriis Monialium à puellæ consanguineis, nec in habitu, nec in professione. Prouinc. 1.
- 25 Expensæ pro professione taxentur ab Episcopo pro rebus necessariis. Decisum refert Campanil. *Rub. 12. cap. 16. num. 13.*
- 26 Ritus induendi Moniales, & professionis emittenda, Episcopi cura, sit uniformis. Prou. 5.
- 27 Professio emissa scribatur in libro, & subscribat professæ, si scribere nouit. Prou. 1.
- 28 Sed potest etiã Abbatisa acceptare professionem. Bonac. *ubi supra quest. 2. p. 10. diff. 2. §. 6. num. 3.*

A. D. D. I. T. I. O.

Potest Episcopus centuris, & pœnis sibi bene uisibilibus prohibere Abbatissis, & superioribus Regularibus Monialium, ne puella professionem emittat, nisi prius explorata illius voluntate ab ordinario, decisum refert Barbof. *de iure Eccles. l. 1. cap. 44. n. 10.*

Monialium consecratio.

- 1 Tollenda potius est hæc consecratio. Congr. Episc. 5. Decemb. 1597. teste Praxi noua. *Episc. parte. 1. cap. 2. num. 3. ver. Virgines.*
- 2 Non conceditur Monialibus Ordinum Mendicantium, eadem 30. Sept. 1616.
- 3 Quæ consecrandæ sunt, agant, annum 15. ætatis completum. eadem. *ibid.*
- 4 Non debet ideo Episcopus ingredi monasterium. ead. 13. Septemb. 1583. *Monialium clausura. num. 1. 2. 46.*
- 5 Fiat consecratio ad fenestellam communis, neque è clausura egrediantur. eadem 30. Septembr. 1616.
- 6 Episcopus non potest demandare sacerdoti consecrationem virginum Maiolide irregulari. *lib. 1. cap. 29. num. 38.*
- 7 Sed tantum benedictionem. Vgol. *de pot. Episc. cap. 4. §. 11. num. 1.* sed benedictio est consecratio, mutato nomine uirginitatis in alia honesta uerba, si uerè non est uirgo, & de hac loquitur Vgol. *ibid. cap. 32. §. 1. num. 2.*

Monialium communes leges.

- 1 Sedi Apostolicæ in mediâ subiectæ, etiam nomine Capitulum S. Petri, vel S. Ioannis ab Episcopis tamquam delegatis gubernentur. Trid. *sess. 25. cap. 9.*
- 2 Ordinationes pro Monialibus cum suis declarationibus refert fuse Quaranta in *Summa Bullar. ex Decreto Sac. Congr. Episc. pro Regno Neapolitano.*
- 3 Priores in professione sunt etiam priores in procedendo, licet receptæ fuerint post inferiores, professione. Congr. Ep. 26. Iunii 1615.
- 4 In Choro adsint ad officia diuina cum habitu.